

DISSERTATIONIS,
DE
BIBLIOTHECARIIS
ACADEMIÆ ABOËNSIS,
PARTICULA OCTAVA.

QUAM,

ANN. AMPL. PHILOS. ORD. AURAIICO,

publico examini,

In Auditorio Philos. die XI a. MDCCCXXIII.

h. p. m. f.

PRÆSIDE

Mag. FREDR. WILH. PIPPING,

Hist. Litter. Prof. Publ. Ord. & Biblioth. Acad. Præfecto,

PRO SUMMIS IN PHILOSOPHIA HONORIBUS

modeste subjicit

JOHANNES JACOBUS NORDSTRÔM,

Stipend. Publ. Aboënsis.

ABOÆ, typis FRENCKELLIANIS.

THESES.

I.

Si nulla in re modus inest certique fines ferventur, ultra quos rectum consistere nequit, de salibus ac jocis certe valet, qui orationi scienter & modice inspersi non parum suavitatis afferre solent.

II.

Quemadmodum autem condimentum quodvis, nimis larga manu adpersum, ita etiam in sermone ultra quam satis est profusi sales ac joci, fastidium creant.

III.

Quorum quidem salium ac jocorum modum, etsi nulla doctrina perspicue satis tradi possit, gustus genuinus ac pulcri sensus, qui natura ipsa animo inhæret, felicissimo successu temperant.

IV.

Ut hominum sunt, cum quibus & apud quos jocamur, mores, affectiones, ingenia, animorum cultus, dignitates, ætas, fortuna, & quæ sint cetera, diversissimæ indolis, temporumque ac locorum rationes maxime variant, ita plurimis etiam modis temperetur, oportet, salium atque jocorum effusio.

V.

Faceto autem & dicaci homini, ne ex ore præter opinionem & contra quam decet, elabantur lubrici illi sales ac joci, difficillimum esse cavendi officium, cuique constat.

VI.

Memoriam defunctorum præclare meritum, sermonibus funebribus celebrandi mos, laudandus quamvis sit, nec non magnæ utilitatis; hominibus tamen, qui aut ingenio, aut virtute admiranda non excelluerint, præstitus hic honos, ut sæpe fit, vim ipse suam destruere videtur.

retur amplioribus. Neque vero vires in rebus difficilioris indaginis explicandis experiundi occasio defuit, divitis PETRÆO alterique Facultatis Philos. Adjuncto nec non Bibliothecario, Mag. AXELIO KEMPE, partibus Politices & Historiarum Professoris, per vicarios, dum annis 1657 & 1658 ordinario careret hæc sedes, agendis (*n*), nec longis intervallis laborum perfunctorum conatumque novorum studia exceperunt auctoramenta sperata. Nuntio enim ad Consistorium Academicum d. 9 Sept. a. 1658 allato, KEMPIUM ad locum illum Professoris vacantem promotum esse, de successuris in binas hujus provincias, jam sejungendas, ut ante a. 1653 distinctæ fuerant, deliberans Consistorium, PETRÆUM Illustrissimo Cancellario commendandum censuit, ut qui Bibliothecæ præficeretur, data Adjuncturam KEMPII occupandi venia Mag. JACOBO FLACHSENI.

Nominatio ipsa Bibliothecarii quando facta sit, ex Actis non liquet; in annum autem sequentem ductam fuisse, plurima indicare videntur. Quæ mora PETRÆO tanto magis ingrata fuit, quanto inconsideratiore festinatione certos præsentis sortis fructus, quasi amplioris fortunæ spe compensatos, statim deferere coactus est, alio in locum ejus mox suffecto Notario atque Adjuncto, Mag. MART. MILTOPÆO (*o*), dispensatoque d. 17 Nov. a. 1658 dimidio stipendii, quo PETRÆUS ut Adjunctus eo anno meruit, Adjuncto alteri, FLACHSENI scilicet. Quare cum præterea futuro in officio, Bibliothecarii nempe, faciendum stipendium, duplex illud junctim huc usque gestorum munerum vix æquaret (*p*), ex itinere redux PETRÆUS,

M

ab-

n) Vid. supra pag. 49. nota (zzz).

o) Protocollum etiam e vestigio adiit МИТОПÆУС.

p) Audis a. 1650 Declaratione Regia petitorum Academicæ, d. 8 Nov. data, Notarii Adjunctorumque salariis, decem thaleris unoquoque argenteis, numerata huc usque ПЕТРÆО duplicis muneris præmia ordinaria, unum illud Bibliothecarii stipendium triginta & septem thaleris, præter oras sex, exsuperare debuisent, sed pro.

ablenti (7) sibi, at nullius criminis conscio, ademta, suo jure quibus ulus erat, beneficia, litteris d. 23 Febr. a. 14 Consistorio oblatis, questus est, minoris propterea existimans, quamvis forte benigno animo conceptum de se in alium locum evehendo votum, ab arbitrio Cancellarii, nondum explorato, pendens & in limando aliquid de bonis antecessori concessis positum, atque simul rogavit, ut & salarium anni præteriti totum sibi numeraretur, & olim, ubi Bibliothecarius a Cancellario factus fuerit, Adjuncturæ augmento insuper ornaretur. Cui petito, quamvis haud injusto, ita tantum annuit Senatus Academicus, ut incrementum pecuniæ pro a. 1658 antea descriptæ Stipendium Studiorum aliquod supremæ classis Nostro adderet.

Quæ de Bibliothecario ab Illustrissimo Cancellario designando diximus, prima vice nunc vacante illo munere desertam jam esse indicant viam, in primo Bibliothecæ custode creando a S. Regia Majestate, suo scil. diplomate hunc muniente, monstratam; novæ autem, quam initam esse e verborum, in Protocollo Consistorii Academici d. 9 Sept. a. 1658, & apertius adhuc in litteris PETRÆI, nuper commemoratis, occurrentium serie intelleximus, perseguendæ rationes in consultationem quando venerint, nec novimus, neque unde captæ sint, nisi ex inferiore dignitate & conditione officii, quo qui fungebatur, locum inter Adjunctos Academicæ habens, superioribus nullo modo esset æquiparandus, perspicere valemus. Calculos annon Cancellario etiam moverit quosdam nova hæc res quærendi ansam alicui forte præbue-

it

pter defectum reddituum Academicæ decurtata, summam Thal. argent. CL tantum effecisse videntur. Vid. A. J. LAGUS l. c. pag. 80 sqq.

9) Holmiam mense præterlapso Septembri Superiorum venia petierat, Notarii vices interim sustinente Mag. ENEVALDO SVENONIO, Eloquentiæ tum Professore & Facult. Philos. Decano.

rit nominationis procrastinatio illa; certum autem, moras ad-
eundæ provinciæ neccentem antecessorem, haud levisimas ex
minus legitima PETRÆI ad eam vocatione petiisse. Scripto
enim, d. 16 Jun. a. 1659 Consistorio Academico exhibito (r),
quamvis spe jam lapsus fore ut Bibliothecæ sibi propagaretur
cura, unacum Professoris officio quamdiu libuerit gerenda,
inter alia pro se, continuo tamen e sede pristina haud detru-
dendo, militantia argumenta, illud maxime observandum mo-
nuit KEMPE, confirmatione Regia immediate sibi concessum
jus, ab inferiore nemine convellendum vel infringendum, eo
usque valere firmum, dum aliter, alio eidem muneri præpo-
sito, S. Regia Majestas sanxerit. Quo, quamvis ut fero nimis,
ita frustra quoque prolato argumento, ulterius probatur, PE-
TRÆO præfecturam Bibliothecæ Regia nominationis tabula, ut
KEMPPIO, non cecisisse. Illam autem adeundi tempus quod at-
tinet, sæpius habito de lustranda a delegatis duobus Profes-
soribus, Consistorii Academici membris, Bibliotheca consilio,
effectu vero d. 8 Jun. a. 1659 (r) adhuc carente, tandem d.
18 Jun. e. a. PETRÆO, jurisjurandi sacramento se obstringenti
atque de officiis sancte servandis probe admonito, clavis the-
sauri librarii, sua cura custodiendi, commissa est.

Eo igitur jam ventum cum sit, ut conspiciendum sistamus
Nostrum in administratione muneris, cujus gravitas, nobis
sanctissima, immo vero auctentitas, nos suaviter alliciens, ad
vitas Bibliothecariorum contemplandas nos duxit, confitendum
mox est, nullum fortunæ luculentiorum casum, neque ullum

M 2

emi-

r) Recitatum esse in Consistorio d. 16 Jun. scriptum hoc, a tergo
exarata Notarii manu signa indicant; nec autem convocati eo die
Senatus Academici, nec in deliberationem unquam vocati ipsius
scripti in Protocollis vestigia occurrunt.

s) Cfr. supra pag. 47, cujus tamen lin. 4. 18 *Maji* legatur 8 Jun. &
lin. 6 *ejusdem*, pro *sequentis*.

eminentioris operæ studiique factum, eos distinxisse annos, septem fere, quibus Bibliothecæ ille præfuit; neque tamen non secunda illa cum usus sit in Bibliothecæ commodis promovendis, infructuosa plane non est ut censeamus hæc tempora, aut negligentiae ejus tribuamus, quod perexigua novorum accessione aucta fuerit librorum copia, quamvis præterea haud desit causa vertendi ei vitio, quod ad officium publicum colendum segnior aliquando quam ad privata negotia curanda, minus pensi illud habuerit.

Incrementa Bibliothecæ quod attinet, horum paucitatem, donorum plane deficientibus vestigiis perennique Typographiæ ipsius Academicæ fonte admodum paupere (*t*), penuria Fiscum Academicum eo tempore plerumque premens (*u*) aperte adeo loquitur, ut præter ALDROVANDI Historias Animalium, quarum emendarum, pretio tamen ex arca haud numerando, sed Bibliopolæ perscribendo, consilium a. 1662 d. 19 Febr. agitatum est (*v*), comparari vix potuisse libros quosdam, ad fidem admo-

t) Disputationum Academicarum exemplum, uniuscujusque unum, Bibliothecæ inferre d. 17 Sept. a. 1651 jussi sunt Cursores, & d. 5 Nov. ejusdem anni Typographo scriptum est chartæ quantum Dissertationum Orationumque singularum uni exemplari, Bibliothecæ in usum imprimendo sufficeret (vid. Protoc. Consist. Acad. horum dierum); neque Programmata, Lectionum Indices cæteraque scripta Academica publica, prelum Aboënsæ eadem lege subiisse non videntur; his autem similibusque nec multum incrementi capere potuit Bibliotheca, nec raro oblivioni data fuisse ea mandata constat. Cfr. PORTHAN *Hist. Bibl. Reg. Ac. Ab.* pag. 25, præter alia loca, & LAGUS I, c. pag. 76.

u) Cfr. PORTHAN *Hist. Bibl.* ex. gr. pag. 45 sq.

v) Vid. Protoc. Consist. Acad. e. d. — Accesisse ad Bibliothecam nostram hac occasione omnia quæ hodie habet celeberrimi naturæ scrutatoris Bononiensis opera, tribus voluminibus comprehensa, tam

admodum pronum sit. Quin autem augendæ non minus quam conservandæ gazæ, fidei suæ creditæ, memor Bibliothecarius eidem consulendi studio flagraverit, dubitare vetant non solum de ædis, tecti inprimis, damnis atque defectibus sarcien-
dis supplendisque, sed etiam de augmentis litterariis quæren-
dis, ad Senatum Academicum sæpius latæ rogationes, ut &
eodem consilio Holmiæ submisæ factæ S. Regiæ Majestatis
compellationes (w). — Itineris Holmiam a. 1660 hoc animo
fus-

syllabi, dorso duorum manu PETRÆI inscripti (tertium recentiori ævo Bibliopegæ opera renovatum est), quam iterum instauratus Bibliothecæ Catalogus, typis a. 1682 excusus, titulo: *Bibliotheca Regiæ Academicæ Aboënsis sive Elenchus* &c. quamvis mendis pluribus fœdatus, indicare videntur. Sunt vero hæc: *Ornithologia, hoc est de Avibus Historia Libri XII.* (Tom. I, II). Francof. 1610. — Tom. III. Francof. ad Moen, 1635. — *De Quadrupedibus solidipedibus Volumen integrum.* Joannes Cornelius Uterverius collegit & recensuit. Hieron. Tamburinus in lucem edidit. Francof. 1623. — *Quadrupedum omnium bisulcorum Historia. Quam Joannes Cornelius Uterverius colligere incoepit, Thomas Dempsterus, Baro a Muresk, perfecte absolvit, Marcus Antonius Bernia denuo in lucem edidit.* Francof. ad Moen, 1647. — *De animalibus Insectis Libri VII.* Francof. 1623. — *De reliquis animalibus exangui-
bus, utpote De Mollibus, Crustaceis, Testaceis & Zoophytis Libri IV.* post mortem auctoris editi. Francof. 1623. — *De Piscibus Libri V.* & *de Cælis Lib. I.* a Joanne Corn. Uterverio collecti & editi opera Hier. Tamburini. Francof. 1647.

w) In Prot. Consist. Acad. d. 23 Jun a. 1660 hæc exstant: "Framkom Mr. Andreas Peträus och påminte Senatum Acad. om Augment på Bibliothecet, befynnerligen uthi dhe Faculteter som inthet der åre många ånnu, såsom och att man kunde få *Instrumenta Mathematica*. Eljest sadhe han och att *Bibliothecæ* taak behöfver reparation. Frågade och om *Ven. Senatus* tycker rådhligit vara att han refer öfver til Swerigie och söker hoos Öfverheten om *Augment*". — Anno 1661, d. 4 Dec. ad Consistorium Acad. scriptit Bibliothecarius: "Plurimum Rev. Dom. Procanc. Magnif. Dom. Rector Univerſitatis, Excellentissimi Dom. Profesjores, högtåhrade

fuscepti (x) nullos quidem Bibliotheca nacta est fructus, neque ex longa ibidem annis 1662 & 1663 commoratione libros vel scientiarum instrumenta quædam eidem reportavit PETRÆUS; attamen nonnihil emolumenti ad eam quoque ex hac redundasse, aucto numero incrementisque nonnullis ampliata eorum conditione, quorum curæ demandata eras, judicandum certe est. Inter alia enim, quibus agendis annum cum dimidio tum consumsit Noster, operam navans inprimis difficultatibus fortis suæ tollendis, tandem effecit, ut litteris Illustrissimi Cancellarii d. 20 Nov. a. 1663 & cum Professoribus Philosophiæ adæquaretur, locum inter hos occupaturus, annorum in munere suo cujusque exactorum comparatione designandum, & veniam impetraret eligendi sibi e diligentioribus Studioforum aliquem, cujus auxilio in rationibus Bibliothecæ

gynnare och gunstige befordrare. — Såsom *Academiæ Aboënsis Bibliotheca* är af *Ven. & Amplisf. Senatu Academico* mig förtrödd, altså veet jagh och vara min plicht desß besta uti alla måtto att sökia, hvilckett jagh och altidh i sinnett hafst hafver, och vidh desß förvaltande hafva skall; och sördenskuldh gärna anhållitt om medell att nödiga böcker upköpa; men af betrachtande till denne tidhs olegenhet, för *Academiæ* huus nödigaste reparation, som vål, dock af ringa tilldrächt anrättadh år, och likavist icke utan städse vidlådande utgifter, uti hvilka *Bibliothecæ Fiscus* merendels kan vara uppgången; Hvarföre om medell till *Bibliothecæ* nödtorfier jagh vid denne tiden att anhålla, mig icke underflodo: menn emedan förbete *Bibliot.* aldeeles och ovågerligen behöfver hielp till taakett, hållt sedan dedh håstiga stormvådrett dedt söndrade, så att hvalfven icke kunna länge blifva vidh sig; *Item* behöfdes een döer utan för den inrare dören, som dee floora södrifvor, och där af strömande vatn in på *Bibliothecæ* gålf, där af teglett förmultnar aldeeles, afvärria kunde. Förväntar härpå itt gunfligt och nödigt svar; Befallandes *Ven. & Ampl. Senat. Acad.* uti Guds milda och mächtige beskyd och migh uti desß höge gunst, *Ven. & Ampl. Sen. Ac.* tjenstberedvilligste *Andr. Æschilli Petræus*”. — Vid. etiam Prot. d. 30 Maji a. 1661.

x) Cfr. Prot. Confist. Ac. dd. 23 Jun. & 22 Aug. a. 1660.

theçæ variis regendis uti posset, Stipendio supremæ clasfis Regio remunerandum.

Dignitatis novæ auctoritatisque inde natæ majoris vim multum non potuisse non conducere Bibliothecæ Academicæ, cui quidem eo feliciori successu, ut & alacriori animo, quo ab anxia amplioris fortunæ contentione magis soluto, prospecturi essent futuri etiam Præfecti, si & sempiterna & operæ pretium lautius meritura fuisset, facile constat; cumulum autem de emolumento hoc demtum, a munere ad hominem defluente, cum nec Bibliothecariis Academicæ hujus omnibus in universum, sed uni PETRÆO, assignatus sit honorificus is locus (*y*), nec præterea laboris mercedem vel ipsi majorem præbuerit, nemo etiam non videt.

Ex

y) Illustrisfimi Cancellarii verba aliter interpretantis Celeberr. PORTHAN (*Hist. Bibl. pag. 32*) auctoritati, plurimum apud omnes, nec injuria, valenti opinionem nostram inepte opposuisse ne videamur, ipsa hæc verba lecturis pensitanda præbemus: "PER BRAHE, *Grefve till Wiifingsborgh &c. Helse eder Ehrewordh wordh Högh och wällårde gode Herrar och Mån, samptelighe thet wördighe Domb-Capittlets Bifittiare medh Gudh alsmechtigh wån och wållwilleligen; aldhenstundh wij före ofs till minnes hurulundha E. ts åhrewördheter och i samptl. godhe herrar och mån hafven för någon tijdh sedan igienom Edher skrifvelse för Bibliothecario Academicæ, wållårdhe M. Andrea Petræo, hoofs ofs ansökt, dhæt han, såsom af then bestellingh, måtte hafva iblandh Profesforibus Philosophiæ sitt rum och ställe; och efter som wij befinne dhetta medh godh fogh kunna och böra skiee; emedhan icke allenast den bestellingh af sigh sielf iu år uthaff *honour*, uthan och så wardher widh andre *Academier* i sådhant wårdhe hållen. Ty ställe wij förthen skuld Edhers åhrewördheter och Edher godhe Herrar och mån medh dhetta wårth *rescripto* hem, ther uthinnan, i then måttan att förordna, dhæt han iblandh *Profesforibus Philosophiæ* dhæt stället förträdher effter som han i *functionen* år åldrich till. Och såsom ofs hår iempte år *insinuerat*, tordhe icke heller wara otänligt dhæt *Bibliothecarius* måtte see sigh uth någon aff *diligentioribus* iblandh *Studenterne*, till at biffpringa sigh i ett och*

Ex commendatione quamvis Consistorii Academici profectus honor (z), plurimis ejus membris præter opinionem adeo accidit, ut novitate & insolentia rei perculli Facultatis Philo-
sophicæ Profesores pertinacius, quin acerbe, subsellii sui jus
Bibliothecario negarent, atque ultimi duo, ERIC. JUSTANDER,
Poëseos & MART. MILTOPÆUS, *Eloquentiæ Professor*, qui PE-
TRÆO jam Bibliothecario ad sedes suas ascenderant (aa),
sine

annat, som *rationem Bibliothecæ* widhkommer; hvilcken ockfå ther-
före *Stipendium in suprema classe* kundhe niutha. Sampt och änd-
teligen dhēt E. r. s. åbrevördh. ter och I godhe Herrar och Mån, så
wål thenne som ock the förrige, bådhe Kongl. och wåre egne,
promotorialer och förskrifter för ben. d. he *Bibliothecario M. Petræo*
wele tagha i behörligh *consideration*; bewilandes honom i hwarje-
handa görligit fall thet som han wardher angifwandhe, en wårke-
ligh förfordringh; Hwilcket wij ganska tacknembligen skulle up-
tagha; och eder medh alt godt igen wara benägne, Gudh alsmech-
tiges beskydd Eder samptel. här uthöfr. anbefallandhe troligen och
wänligen". — Utrum errore scribæ, quod tota verborum series
suadet, compellatum sit Capitulum, an ratione loci in templo Ca-
thedrali habita, ubi subsellium Professorum intrandi venia forte a
Consistorio Ecclesiastico impetranda esset, definire non possumus;
utrique autem Consistorio copiam fecisse litterarum Cancellarii PE-
TRÆUM, ex hujus scripto, d. 4 Apr. a. 1664 Consistorio Acade-
mico oblato & in Actis ejus anni adhuc superstite comperimus, e
quo simul elucet, de loco cum in Academia, tum in templo deli-
beratum fuisse. — Cfr. etiam Prot. Conf. Acad. dd. 19 Apr. a.
1662 & 21 Nov. a. 1663.

z) Commendatitiis ad Cancellarium litteris, d. 23 Jun. a. 1660 ge-
neratim decretis, Rectoris eo anno Magnifici, OLAI WEXTONII, J.
U. Doct. & Prof., affinis sui, studio & quorundam aliorum bene-
cupientium favore singulari, præter voluntatem cæterorum Consi-
storii membrorum, id commodi & honoris expetitur fuisse PETRÆO,
ut locum inter Profesores haberet, Acta parum abest quin testentur.
Vid. Prot. Consist. Acad. dd. 23 Jun. a. 1660 atque 2 & 16 Dec.
a. 1663.

aa) Uterque a. 1660, quanquam a. jam 1655 Professor constitutus
erat JUSTANDER. Vid. LAGUS l. c. pag. 72.